

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6911

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Gand, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** bref/mandement

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1162

**Lieu d'émission :** Chinon

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Mandement adressé à Thomas, archevêque de Cantorbéry, et à d'autres, pour le maintien de l'abbé et des moines de Saint-Pierre de Gand en possession de certains domaines.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCXXVII, t. 1, p. 367-368.

Texte établi d'après a

H., rex Angl[orum] et dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes And[egavorum], Thome, Cantuariensi archiepiscopo, et omnibus episcopis et abbatibus et baronibus et vicecomitibus de Lund[onia] et de Chent, et ministris suis Francis et Anglis de Lund[onia] et de Chent et totius Anglie, salutem.

Precipio quod abbas et monachi de Sancto Petro de Gant habeant et teneant manerium suum de Livesham et Grenewic[um] cum ecclesiis suis et cimiteriis et decimis, et omnibus terris et redditibus eisdem ecclesiis pertinentibus, et cum decimis de Anolredeswald (?), cum consuetudinibus et redditibus suis, et cum omnibus aliis appenditiis suis, sicut carte regis Edwardi et Henrici avi mei testantur, et cum terra infra Lund[oniam] de Wermonacra, que pertinet ad eundem Grenewicum, cum saca et soca, toll et team et infangenetheof, et cum omnibus aliis consuetudinibus, legibus et libertatibus suis et wergagio suo Bilande et Bestrande ; et sint quieti de placitis et querelis et sciris et hundredis, in burgo et extra, et de geldis et de lot et de scot, in aqua et extra, in bosco et extra et in plano, ita bene et plen[arie], libere et honor[ifice], sicut unquam melius tenuerunt tempore regis Edwardi et regis Willelmi et regis Henrici avi mei. Et precipio quod habeant decursus aquarum suarum ad conducendum ubi voluerint, et piscarias suas et stagnum et paludes et volatilia sua infra ambitum ville, et de molendinis suis qui (sic) sunt super terras suas, et de theloneis suis et de versuris (?) annon# su# et cervisiarum suarum de omnibus ministris meis firmam pacem meam habeant, ita quod nulli respondeant nisi abbati et monachis ; et habeant in eadem villa hutham suam liberam et quietam, et omnes qui ibi advenerint faciant abbati et monachis easdem consuetudines omnes quas facere solebant tempore regis Edwardi et predecessorum meorum. Et precipio quod habeant warennam suam in eadem villa liberam et quietam, et ita quod nullus in ea leporem vel aliam bestiam fuget nisi per abbatem et monachos. Et prohibeo ne super hoc de hac elemosina mea aliquis eis injuriam vel contumeliam sive torturam amodo faciat super forisfacturam X. librarum.

Testibus : Reginaldo comite de Cornubia, et Ricardo de Humez, et Willelmo Filio Hamonis, et Manasir Biset, et Henrico de Essexia, et Willelmo de Braos[a], et Waltero Filio Roberti.  
Apud Chinun.